

Seruate has animas venientes sub iuga vestra
 Felices, nullis hilares cum litibus æuum
 Longum in amore trahant dulci, malefuada simul
 Absit, et insidijs armata immitibus ira, etas
 Candida simplicitas iunctos alat, aurea viuam
 Sacula concordēs, his omnibus addite Natos
 Optatos iterum, atq; iterum sub imagine vna
 Natorum renouent sese, videantq; Nepotes
 Illorum, quibus et curent connubia læta,
 Progeniem vnde trahant in sæcula longa minor
 Et nati natorum, et qui nascentur ab illis.

Sic ait, et noctis densis se immiscuit umbris
 Ingentem ambrosiæ spirans, et Lyæneus odorem

